



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutio lutheriana super propositione deci[m]a tertia: de potestate pape

Luther, Martin

Lipsiæ, 1519

VD16 L 5781

Propositio Ecciana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32449

Gloria in excel- sis deo.

PROPOSITIO ECCIANNA.

Romanam ecclesiam non fuisse superio-
rem aliis ecclesiis ante tēpora Syluestri,
negamus. Sed eum, qui sedem beatissimi
Petri habuit & fidem, successorem Petri
& vicariū Christi generalem, semper agnouimus.

PROPOSITIO LVTHERIANA.

Romanam ecclesiam aliis ecclesiis fuisse
superiorem, probatur ex frigidissimis
decretis Rhomanorum pontificum, con-
tra quæ sunt, textus diuinæ scripturæ, hi-
storiæ approbatæ mille centumq; annorum, & des-
cretum Concilii Niceni, omniū sacratissimi.

De re fere cō-
uenit, non de
caussis & ori-
gine rei.

Lu, non ne-
gat rho, p, ef-
se, fuisse, fore
primū, cōtra
vetuli Ruffi
ni iuidiosam
delationem.

De diuis re-
bus, licet in
vtranc; par-
tem disputes,
nō de priatu
rho, pōtificis.

PRIMUM vides, lector, de re ipsa nos non admodū dissentire,
sed de causis & origine rei. nam, nec ego nego Rho, pōtificem, esse,
fuisse, fore primū, nec de hoc disputo, nec hoc quæritur sed, an pbat
ones valeant, quibus id asseritur. Mihi sane: qd fateor: maxime oim
displicet, qd in ecclesia aliquid assertum, studio adulationis vel men-
daciis pbat. quibus ecclesiam & fidem nostram aduersariis ludib-
rio exponamus. Non eget ecclesia Christi nostris mendaciis. Super
fidei petram stabilitur, Non abhorret discuti & inquiri. Inde factum
est, vt Rho, pōtificum adultores in hoc primatu, iam diu suspitio-
nem tyrannidis passi sint. dum velut malæ fidei possessores, nō per-
miserunt huius rei veritatem libere inquirere & disputare. qd tamē
in omnibus etiam diuinis rebus (modo primatum huic nō tangerēt)
libentissime permisissent.

OMITTO itaq; Eccianam propositionem. Primum, qd eam, vt
in, idiose & subdole positam, mihi non capere videor. nam sinevlla
caussa, hanc in publico mihi inuidiam mouit. cum hanc materiam in
nullo meorum dictorum, tractarim, sed ADVLATOR sua quæsi-